Fredericus [p] memoratus contulit ducatum Westphalie [q] et Angarie et eundem in solempni principum atque optimatum imperii curia apud Geylenhusen [r] celebrata de dictis ducatibus vexillo imperiali et banno solempniter investivit. Cum [s] enim [s] illis temporibus Heinricus dux Saxonie vir multis diviciis et potencia pollens, cuius quidem Heinrici ducis fuit filius Otto IV. qui postea una cum Philippo II. regnavit in [t] imperio Romanorum, contra Fredericum imperatorem et contra rempublicam cervicosa tyrannide multa ageret [u] insolenter, idem Fredericus imperator de consensu principum et optimatum imperii et per sententiam eorundem prefatum Heinricum deposuit et privavit honore et nomine ducatus et ducatum quem sibi abstulit secans per medium unam partem contulit Bernardo [v] duci Saxonie nepoti suo, alteram vero partem concessit Philippo archiepiscopo Coloniensi supradicto et eundem, sicut supradictum est [w], solempniter investivit. Unde idem Philippus Coloniensis archiepiscopus [x], prout erat vir audax et strennuus, huiusmodi concessionis

Caes. Heist. imperialis sibi assumens executionem cum exercitu trium milium [y] militum electorum exceptis armigeris equitibus et pedestri exercitu, quorum non fuit numerus, intrans Saxoniam [17] prefatum ducem Heinricum [z] per imperatorem [a] iam depositum tribus continuis annis incessanter impugnans expulit et finaliter exterminavit et potenti manu obtinuit et sibi atque ecclesie Coloniensi acquisivit possessionem ducatus Westphalie et Angarie et successoribus usque in presens dereliquit.[+] Idem quoque Philippus vir memoria dignus

[17] Jam ante curiam apud Gelnhausen celebratam Philippus contra Heinricum exercitum movisse constat.

+ add. 6 (et 6': Iste castrum Ryneke perfecit factus archiepiscopus et castellanis communivit (munivit 6.). Item ducatum Angarie, qui et Westphalie dicitur, quo dux Henricus Leo privatus fuerat, a Friderico imperatore quinque milibus (millia ~~xl~~ 6' marcarum) (et servitio suo corporali fortissimo et multipliciter (fortissime et multipliciter 6')) comparavit sibi suisque successoribus et pontificali dignitati perpetualiter incorporavit. ~~Habuit~~ Vol autem

(Fortsetzung umstehend Seite)

p) Fred. imp. 4.4!4". q) Westfalien. 2. Westfalie 3. r) Geylnhusen 1.2. s) igitur 4.4!4". t) in deest 3. u) agerent 2. v) Bernhardo 3. w) predictum solempniter 3. x) arch. Col. 1. y) milia 2. z) Heinr. ducem 4.4!4". a) Heinricum imp. 1.